

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Ioannes Baptista Donius Ericio Puteano Salutem Plurimam Dicit

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<1v>

38. Ioannes Baptista Donius Ericio Puteano Salutem Plurimam Dicit

Mitto ad te [[De]] Erici doctissime nouitium hunc pertenuis ingenij mei foetum in quo conatus sum et ut spero non infeliciter ueteris musicae praecipuam partem quae ad Modos ac Genera [[tum etiam ad cantionum]] [[potissimum]] [praecipue corr. supra lin.] spectat [[auxilio Graecorum scriptorum mearumque obseruationum]] [[nam olim deperditam]], auxilio Graecorum scriptorum mearumque [[obseruationum]] [lucubrationum corr. supra lin.] denuo in lucem excitare et quantum licuit ad praxim [praximque ante corr.] usumque reuocare. Quod a nonnullis hic Romae factitari iam cepit: licet ut est hodierna musicorum natio omnis [fere add. supra lin.] politioris litteraturae [mire add. supra lin.] incuriosa ac maxime ijs infensa qui ultra uulgarem gustum sapiant, conatus hic meus eorum plerosque [[so]] angat potius quam delectet. Sed quid facias? Sic fert genius hominum ab ipsis [[he]] prope Heroicis temporibus uel Hesiodo teste [[h<...>]] [inuidiae corr. supra lin.] morbo [[obnoxia]] [laborantium corr. supra lin.] [[multoque etia]] [[tantoque]] [eoque corr. supra lin.] magis corruptissimi huius saeculi [[adde etiam loci inquinatissimis moribus]] moribus [[imbuta]] aulicis [aulicisque ante corr.] [[uitijs]] ac seruilibus uitijs quae potissimum hic regnant scatentium. Quocirca quamuis me poeniteat quod non hunc libellum latina potius toga quam uulgari sagulo amictum extruserim domo, quo gratior tibi tuique similibus litteratissimis uiris adueniret: tamen qualis qualis est alacriter ac fidenter in sinum tuum se confert non ignarus tutissimum sibi perfugium fore aduersus [[maleuolorum]] [ton amouson] atque inuidorum dentes, ubi Musarum omnis chorus si alibi uspiam libentissime conquiescit. Satis id [-<f.1v>-] docent [tum alia add. supra lin.] luculentissima tua scripta omnifaria eruditione referta, tunc [[<..>]] ea potissimum quae nobilem hanc facultatem illustrant ac locupletant. Accipe igitur ut uolens ac lubens munusculum ab amicissimo homine quamuis tibi ignoto sed qui uirtutem [[semper]] ac doctrinam eximiam tuam exosculatus est semper, tuoque patrocinio [[(]] et (quod uehementer aueo) diligenti [[et]] examine ac censura non indignum existima. Sic Deus optimus Maximus quam diutissime seruet ut coetus omnis [[e]] eruditorum ac [philomousorum] te tuisque laboribus quam [[<..>]] longissime perfruatur. Vale Romae Idibus Aprilis Anno MDCXXXVI